



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCLIX. De Vastatione territorii & praeurbii Castri Garthe.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

## C A P. CCLVIII.

De

*Destructione Castri Kymel.*

**N**on longè post frater Ludovicus de Liebencele cum quibusdam fratribus & CC. Viris ivit ad impugnandum quodam Castrum, sed dux Exercitus errans in via pertransiit, & dum in reditu ad rectam viam rediret, intrantes ipsum, neminem in eo invenerunt, quia populi, qui in eo habitabant, videntes fratrum Exercitum, secesserunt ad sylvas, non volentes nec valentes ipsorum impugnationes sustinere. Combusto ergo Castro, fratres turbatè recesserunt; Sed Deus nolens omnino frustrari labores eorum, imo ferventi ipsorum desiderio complacere, ordinavit quod non longè viderent Castrum firmum dictum Kymel, pro cuius destructione fratres & sumptus & labores per se & per suos sèpius iterabant, licet non proficerent. Qui intrantes viriliter, occisis habitatoribus, ipsum apposito igne funditus creaverunt.

## C A P. CCLIX.

De

*Vastatione territorii & præurbii Ca-  
stri Garthe.*

**A**nno Domini MCCXCVI. tempore hyemali, frater Sifridus de Reiberg Commendator de Balga cum multis fratribus & equitibus de Nattangia profectus est versus Lethoviam, & cum yenisset circa Castrum Garthen, invenit ve-

Anno Domini  
MCCXCVI. Bo-  
nifacius Papa (b)  
canonizavit Lu-  
dovicum Regem  
Francie.

U u

ftigia

P.



## PARS TERTIA

*Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Meneko de Querfurt XII. Mag. Provinc. in Prussia.*

stigia hominum recentia, quos sequens frater Walthenus dictus  
(a) Goloni cum paucis armigeris omnes occidit, præter unum,  
qui fugiens venit ad fratrem Henricum de Wedere , & ipsum  
graviter vulneravit, non tamen sine defensione ; qui frater Hen-  
ricus ipsum lethaliter plagavit. Accepto ergo equo fratris Hen-  
rici idem Ruthenus recessit : sed frater Waltherus sequens cruo-  
ris, qui de vulneribus ejus manavit, vestigia, invenit eum & oc-  
cidit. Sequenti die fratres transierunt glaciem Memelæ & in-  
traverunt territorium & præurbium dicti Castri Garthe, incen-  
dio vexarunt & rapinâ , & post occisos captivos CC. homines  
deduxerunt.

## ANIMADVERSIONES.

(a) Infra cap. 268. appellatur Goldoni.

(b) Addit Jeroschinus, ipsum hoc fecisse anno Pontificatus sui secundo.

Addit & sequentia :

Zu diesem Bonifacio	Sprach zu einer Zeit also ;
Der Vielreine Celestin,	Der sin Vorfahr war gesin.
An dem Ampte vor der Frist /	Sam ein Fuchs bistu mit List.
Kamen in den Ehrenpriß	Un Herrschst woll in Loewen wiß
Hernach du vertreibest /	Un als ein Hund er stirbest
Das auch sich alß ebbene	Ersand an seinem Lebene.

Deinde de Cælestino Decessore hujus addit :

O dirre selb e gute Mann	Dass Habistum hatt ussgetahn/
Da quam ein Wib vor ihn gegan	Und begand ihm russen an/
Dass Er Ihr gebe seinen Seg'n	Und do Er hatte das gepfim
Ein Kind Sie uf dem Arme trug /	Dass der Naturen ungefüg
Krumme Geschuff an der Geburth	Dass ward bey deme Segne durt
Den Er dahin Strich mit der Hand	Wol gesund alda zu der Hant.

## CAP. CCLX.

*Idem de eodem.*

Eodem